



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Ethicæ Doctrinæ Elementa, Et Enarratio Libri quinti
Ethicorum**

Melanchthon, Philipp

Witebergæ, 1583

VD16 ZV 20638

De medietate.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56560](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56560)

Alia sunt *ἄλογα* tales, ut, *Thraso* in *speciem* videtur fortis, cum sit mera *simulatio*.

Postremus gradus est, qui est proprius *virtutis*, ubi non errat iudicium, & voluntas libera & in loco eligit congruentia.

De medietate.

NATURA notum est, rectitudinem in *actibus* humanis congruentiam voluntatis esse cum lege natura, quae est lux diuina, mentibus hominum insita, ostendens ordinem convenientem cum aeterna norma mentis diuinae: Itaque definitio virtutis plana & perspicua haec est; Virtus est obedientia voluntatis congruens cum lege morali, quam indidit Deus hominibus in creatione, & postea manifestis testimonijs in Ecclesia repetiuit. Eadem prorsus est sententia verborum Aristotelis. Sed modum obedientiae illius exprimit Aristoteles, inquitens eam esse medietatem, id est, redcere affectus & motus omnes ad mediocritatem.

Haec cogitatio admodum elegans est, & ex *Physicis* sumpta, ubi cernitur naturam in omnibus appetitionibus et motibus amare mediocritatem, ut laeditur natura nimio alimento, & nimio motu, mediocri seruetur. Sic in affectibus, qui sunt actionum fontes, nimius timor, & nimia audacia, nimia ira, & nimia leticia, &c.

Perspicua definitio
Virtutis.

Magis e peccatis
excelsis qz
defectis.

nocent homini. Sic artes querunt mediocritatem, ut Musica vitat nimis altas & nimis submissas voces. Itaq; sapienter cogitatum est, virtutes esse medietates. Et huc quadrant plerimae sententiae, Ne quid nimis; Omnibus in rebus modus est pulcherrima virtus.

3. Agtm. a cognatis

Ulla sententia fuit in scriptis tantis temporibus Apollonius.

Meminerimus igitur in doctrina Aristotelis et commone fieri nos in omni vita, de amanda et vitanda mediocritate, quia virtutes constituit esse medietates. Sed postea quaestio est, qualis sit medietas. Nam alia est medietas immutabilis, ut centri in circulo. Alia est mutabilis, ut alius modus tibi convenit robusto, alius debili. Quare et hic et alibi discernit Aristoteles medietates.

Divisio Medietatis

2. Eth. cap. 7

Notissima est autem Arithmeticae & Geometricae doctrina de proportionibus, ubi dicitur: Alia est Arithmetica ἀναλογία, alia Geometrica, Arithmetica ἀναλογία est, cum tribus aut pluribus numeris dispositis, servatur differentiarum aequalitas, ut 3. 5. 7. 9. Hi numeri singuli distant binario. At Geometrica ἀναλογία est, ubi non differentiarum, sed proportionum aequalitas servatur, ut sicut se habent 5. ad 3. sic se habent 12. ad 4. quia utrobique tripla proportio est.

Hanc puerilem doctrinam omnibus notissimam esse oportet. Et saepe homines docti ad haec discrimina alludunt, ut, si Julius sine respectu personarum

1. Exm.

Cesar F 4 rum

rum divideret facultates civium equaliter, & equali numero daret infimo & summo: Hec esset equalitas Arithmetica proportionē. Ac si plus daret Senatori, quam infimo civi, hec esset equalitas Geometrica *ἔναλογια*. Hec recitatur quia Plato & Isocrates dicunt, in *Repub.* equalitatem Geometricam custodiendam esse.

lib. 2. de legibus

In Aristoteli

Exm.
et adhortatur
ad utramvis
non danda pan-
sibus.

Ita & in Paulo 2. Cor. 8. equalitas Geometrica *ἔναλογια* constituta intelligitur, cum inquit: Sit equalitas, scilicet non Arithmetica, sed Geometrica proportionē, & quidem voluntaria communicatione, non novis legibus politis, id est plus teneat princeps, quam plebeius aliquis etc.

Et quia in plerisque virtutibus non illa immota mediocritas queritur, sed alia latior, videlicet Geometrica, quæ propter diversas circumstantias varia est. Aliud enim alijs congruit, Aristoteles in textu inquit: Sumi mediocritatem quo ad nos, id est, quam convenire nobis ex circumstantiis iudicamus. Non eadem mediocritas est temperantia in homine robusto & imbecilli.

Huius dissimilitudinis consideratio in multis negocijs vitæ humanæ necessaria est, ne Stoico more queratur unus aliquis gradus. Casti sunt Ioseph, Baptista, Petrus, sed tamen gradus castitatis sunt alij in alijs, qui omnes adhuc ad principale normam congruunt, videlicet, ne freni laxentur libidini contra conscientiam, donec intra hanc

normam manent, sunt casti, etiamsi gradus differunt. Ita Iurisperiti dicunt, se aequalitatem querere $\epsilon\upsilon\ \pi\lambda\acute{\alpha}\tau\epsilon$. ^{in latitudine} ~~non~~ ^{non} ~~qualitate~~

Haec admonitiones pueriles necessariae sunt, ne depraentur iudicia, vel superstitione, vel nimia laxatione. Ideo meminerint iuniores dictum huius loci de medietate quo ad nos, & quidem additur, ut sapiens iudicat, id est, haec medietas retineatur, quam homo sapiens & peritus congruere circumstantijs iudicat. Normam enim vult esse non cuiuslibet imaginationem, sed iudicium artificis, id est, intelligentis fontes earum rerum, de

quibus iudicat, iuxta illa dicta Phocylidis: $\mu\eta\delta\ \epsilon\upsilon\ \lambda\omicron\gamma\alpha\iota\ \epsilon\gamma\ \mu\eta\ \mu\eta\ \sigma\iota\tau\eta\ \mu\eta\ \sigma\iota\tau\eta\ \mu\eta\ \sigma\iota\tau\eta$ ^{Logari & iudicare non fit in iudicium} ~~non~~ ^{non} ~~qualitate~~ $\mu\eta\delta\ \epsilon\upsilon\ \lambda\omicron\gamma\alpha\iota\ \epsilon\gamma\ \mu\eta\ \mu\eta\ \sigma\iota\tau\eta\ \mu\eta\ \sigma\iota\tau\eta\ \mu\eta\ \sigma\iota\tau\eta$ ^{non fit in iudicium} ~~non~~ ^{non} ~~qualitate~~

Item: $\epsilon\pi\iota\sigma\eta\mu\eta\ \delta\ \epsilon\upsilon\ \kappa\acute{\rho}\iota\upsilon\epsilon\tau\ \alpha\lambda\lambda\ \omicron\upsilon\ \pi\lambda\eta\theta\epsilon\iota$, id est, scientia oportet iudicare, non multitudine. Item: $\tau\epsilon\tau\epsilon\ \epsilon\upsilon\ \mu\eta\ \mu\eta\ \sigma\iota\tau\eta\ \mu\eta\ \sigma\iota\tau\eta\ \mu\eta\ \sigma\iota\tau\eta$ ^{Empid.} ~~non~~ ^{non} ~~qualitate~~ $\tau\epsilon\tau\epsilon\ \epsilon\upsilon\ \mu\eta\ \mu\eta\ \sigma\iota\tau\eta\ \mu\eta\ \sigma\iota\tau\eta\ \mu\eta\ \sigma\iota\tau\eta$ ^{Empid.} ~~non~~ ^{non} ~~qualitate~~

LOCVS PLATONIS.

Addo & insigne dictum Platonis lib. 6. de legibus, in quo duarum aequalitatum fit mentio, & splendide laudatur Geometrica, quia dominatur in multis virtutibus, & est imago bona status in imperijs, videlicet, Aristocratici. Verba haec sunt: Recte & concinne dictum est, ^{quod optimus status est} ~~non~~ ^{non} ~~qualitate~~ $\epsilon\upsilon\ \mu\eta\ \mu\eta\ \sigma\iota\tau\eta\ \mu\eta\ \sigma\iota\tau\eta\ \mu\eta\ \sigma\iota\tau\eta$ ^{quod optimus status est} ~~non~~ ^{non} ~~qualitate~~